

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 15.
Pages 604-633.

Post octavas epyphanie.
De hystoria '*Domine ne in ira.*'
De sancto Felice.
De sancto Mauro abbate.
De sancto Marcello papa et martyre.
De sancto Sulpicio episcopo et confessore.
De sancta Prisca virgine et martyre.
De hystoriis inchoandis.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVIII.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 5, 2008.
Revised October 2011.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.

[Dominica j. post octavas epyphanie.]

¶ *Dominica j. post octavas epyphanie inchoetur hystoria Dómine ne in ira. Si vero octava epyphanie in dominica evenerit et tempus prolixum fuerit [usque ad /59r.] septuagesimam]¹ tota septimana fiat de festis sanctorum, scilicet de sancto Felice : de sancto Mauro, Marcello,² [et]³ Sulpitio [: ita quod comemoratio de sancto loci non omittatur, nec]⁴ et de sancta Maria [fiat]⁵ : in sexta feria, et in sabbato de sancto Vulstano : et in sequenti dominica inchoetur hystoria Dómine ne in ira. cum sua memoria tantum scilicet ad utrasque vespervas, [et ad]⁶ matutinas, et [ad]⁷ missam : et totum fiat servitium de festo sanctorum Fabiani et Sebastiani. Tamen si tempus breve fuerit inter octavas epyphanie et septuagesimam : tunc differatur festum sanctorum Fabiani et Sebastiani : usque in crastinum sancti Vincentii.⁸ Similiter⁹ fiat de sancto Vulstano si tempus breve fuerit quando in dominica contigerit. Si fuerit prolixum tempus inter dominicam qua incipienda est hystoria Dómine ne in ira. et septuagesimam : et¹⁰ festum sancti Vulstani fuerit in eadem dominica [qua contigerit]¹¹ : fiat memoria de dominica ad utrasque vespervas et ad matutinas et ad missam que precedet memoriam beate Marie. Eodem modo fiat de festo¹² sanctorum Fabiani et Sebastiani quando in dominica contigerit.*

Si vero inter octavas epyphanie et septuagesimam nulla dies dominica evenerit, tunc in dominica infra octavas vel in octava epyphanie si dominica fuerit : fiat memoria ad utrasque vespervas et ad matutinas et ad missam de hystoria Dómine ne in ira. que precedet memoriam beate Marie. In mediis autem feriis tunc fiat feriale servitium : et nichil de hystoria dominicali. Et in eisdem feriis officium In excélsio throno. et Omnis terra. et Adoráte. cantetur : scilicet cum propriis collectis, epistolis et evangelis, [sed]¹³ tamen oratio prime dominice : scilicet [oratio]¹⁴ Vota quésumus Dómine. dicitur in illis tribus feriis tam ad vespervas quam ad matutinas et ad omnes alias horas. In aliis vero officiis, ut in Omnis terra. et Adoráte. sue proprie collecte dicantur ad missam tantum et nichil fiat tunc de festis iij. lectionum que in illis tribus feriis predictis contingere possunt : preter memoriam que fiet de eis ad vespervas et ad matutinas de sancta Maria : que prcedet memoriam de Sancto Spiritu. Si septuagesima vero in festo sancti Vulstani forte contigerit : differatur festum usque in crastinum sancti Vincentii. Eodem modo fiet de festo sanctorum Fabiani et Sebastiani : et de sancta Agnete : et de sancto Vincentio.

Cum autem una dies dominica tantum inter octavas epyphanie et septuagesimam contigerit totum servitium fiat de dominica : et tantum memoria de festis iij. lectionum

que ibi¹⁵ contingere possunt. Festa autem ix. lectionum differantur usque in crastinum sancti Vincentii. In sequentibus vero feriis tunc nichil fiat de feriali servitio sed de sanctis si habeatur.¹⁶ Ita tamen quod due misse que restant cantande : videlicet¹⁷ Omnis terra. et Adoráte. in eisdem feriis vel festis iij. lectionum si ferie non vacaverint : cantentur. [Misse vero que carent officiis, illo anno omnino pretermittantur.]¹⁸ Ita tamen quod commemorationes beate Marie ac festi loci non omittantur : et tunc fiat totum servitium de festis iij. lectionum, que ibi contingere possunt usque ad missam tantum : et ad missam que erit de dominica : fiat memoria de festo. Et si ita forte contigerit quod nisi una missa dominicalis in predictis feriis vel in festis poterit cantari propter festum ix. lectionum, et propter commemorationes¹⁹ : tunc missa dominicalis Adoráte. in aliquo festo ix. lectionum in capitulo cantetur. Si vero festum sancti Vulstani in proxima dominica ante lxx. forte contigerit : tunc oportet ex necessitate quod utraque misse predicte in capitulo cantentur.

Si vero in dominica in qua incipienda est hystoria Dómine ne in ira. festum iij. lectionum de quo proprie lectiones et collecte habeantur evenerit et hystoria duratura fuerit : ita quod una dominica ad minus ante lxx. a festo vacaverit : tunc fiat de festo memoria et medie lectiones [de sancto].²⁰ Si autem nulla dominica a festo vacaverit ante lxx. tunc in prima dominica tota cantetur hystoria, et de festo tantum fiat memoria [tam ad vespervas quam ad matutinas et ad missam. In mediis vero dominicis quando de dominica agitur quodcunque festum iij. lectionem evenerit, dicatur memoria et medie lectiones de eo fiant].²¹

Si autem tres fuerint dominice inter octavas epyphanie et septuagesimam, ita quod tria officia intrentur : scilicet In excélsio throno. et Omnis terra. et Adoráte. tunc in feriis post tertiam dominicam, si vacaverint, dicantur epistole et evangelia de iij. dominica et quinta in missis de die.

¶ Sciendum est quod in inceptione omnium hystoriarum totius anni in quarum initio ad vespervas sabbato cantatur responsorium scilicet quod si hystoria a sua dominica usque ad aliam differatur vel in mediis feriis cantatur : et in dominica in qua inchoanda erat facta fuerit memoria, deinceps ad ejus inceptionem ubicunque incipiatur : nullum ad vespervas cantabitur responsorium et²² ubi non precesserit ejus memoria semper cum responsorio incipitur.

[Sancti Felicis.]

¶ De sancto Felice hoc modo fiat servitium.

Ad matutinas.

*Invitatorium [simplex].*²³ Regem mártýrum. **XX.**

Ps. Veníte exultémus. **XX.**

Hymnus. Martyr Dei qui únicum. **XX.**

/159v.] ¶ Notandum est quod in omnibus festis iij. lectionum extra tempus pasche que fiunt de hystoria communi nisi in festis plurimarum virginum : semper dicantur novem antiphone et novem psalmi ante lectiones cum uno versiculo et tribus responsoriis secundum ordinem nocturnorum sicut sunt ordinati in hystoria, et hoc ab una dominica usque ad aliam [dominicam]²⁴ observetur et sic interim²⁵ reincipiatur hujusmodi servitium. Et si festum ix. lectionum in quo tota hystoria cantanda fuerit per ebdomadam contigerit et in eadem ebdomada festum iij. lectionum de quo servitium fieri debeat de eadem hystoria similiter evenerit : tunc reincipiatur primus nocturnus hystorie, nisi propria hystoria habeatur vel in die festi alia responsoria fuerint notata.

Si in una eadem ebdomada uno die contigerit festum iij. lectionum unius martyris et alio die unius abbatis : vel in uno die festum unius abbatis et in alio die festum unius confessoris et pontificis : in utroque festo dicantur responsoria de primo nocturno. Et est ratio : quia ut ordo responsoriorum servetur : propter repetitionem unius prius dicti non omittuntur duo prius non dicta ejusdem nocturni. Et sic fiat in consimilibus.

Veruntamen²⁶ si festum unius confessoris et festum unius martyris et subsequenter unius abbatis trium lectionum in una et eadem ebdomada concurrant : in festo abbatis dicantur responsoria de secundo nocturno ne duo antedicta repetantur propter unum responsorium minime prius dictum. Aut quotiens in festis alicujus confessoris fiant medie lectiones de uno abbate vel in festo de uno abbate de uno martyre : tunc semper ne unicum responsorium repetatur in eisdem matutinis, dicantur responsoria de ij. nocturno sancti.²⁷ Similiter fiat quando festum iij. lectionum plurimorum martyrum vel festum iij. lectionum plurimorum confessorum in una ebdomada contigerint.

Tres lectiones fiant.

Lectio prima.

TEmpóribus Dyocletiani et Maximiáni imperatórum, éxiit edíctum per omnes provincias : ut libros divínos extórquerent de má nibus episcopórum et presbiterórum. Tunc beátus Felix episcopus civitátis Tubizacénsis comprehénsus : missus est Cartháginem ad Auolínum procónsulem. Cui Auolínus dixit, Habes scriptúras supervácuas ? Felix episcopus dixit, Hábeo scriptúras sed ut ásseris non

supervácuas : quas cognósce a me nequáquam tradédas. Auolínus ergo procónsul : Misit eum Romam ad preféctum pretórii. Preféctus misit eum Nolam post imperatóres : durisque néxibus cathenárum colligátus beátus Felix jácuit in subséllio navis sub pédibus equórum quátuor diébus et quátuor nóctibus panem non cómedens nec aquam bibens, jejunúsque venit Nolam.

Lectio ij.

Cognitor ergo memoráte civitátis, beatum Felicem episcopum gravióribus vínculis innodátum : sibi presentári constituit. Cui sic ait, Si in tua própria civitáte vel apud Cartháginem scriptúras deíficas ad comburéndum tradidisses : ad me hucusque mínime addúctus fuisses. Felix episcopus dixit, Igitur sicut divérsis inquiréntibus jam supra respóndi : ita étiam tibi modo certíssime manifésto, quia scriptúras

divínas nullo modo tradam. Cognitor dixit, Si scriptúras deíficas trádere nolúeris : cápite plécteris. Felix episcopus dixit, Parátus sum pótius plecti cápite : quam libros Domínicos sacrilégis trádere. Tunc memorátus cognitor dixit, Quóniam Felix episcopus tantum in hac confessióne durávit : ídeo secúndum precéptum princípum hunc eúndem gládio animadvérti constituo.

Lectio tertia.

Beátus Felix episcopus élevans óculos suos ad celum : dixit, Deus grátias tibi ago : quia per quinquaginta et sex annos virgini-

tátem meam custodíre dignátus es in presénti século. Et nunc Dómine propter te et propter tuam legem hec pátiar : et cervicem meam letus ad

víctimam flecto. Peto ergo ut accípias spíritum meum de hoc mortáli século : quia tu solus es Deus vivens, et pérmanens gloriósus in sécula seculórum. Hac oratióne compléta edúctus a milítibus nonodécimo kaléndas Februárii íbidem est decollátus : positúmque est Nole corpus ejus, per religiósos autem Dei

servos et matris Ecclesie filios beáti Felicis reliquie Carthagínem sunt perláte. In quo loco méritis beáti Felicis multa mirácula fiunt : prestánte Dómino Deo nostro, cui est honor et glória per infinita seculórum sécula. Amen. Tu autem [Dómine].²⁸

/60r.] *In laudibus vero semper sola prima antiphona dicatur in talibus festis nisi proprie laudes habeantur.*

[*Capitulum. Omnis pón tifex. XX.*]²⁹

*Oratio. Concéde quésumus. XX. et cetera [omnia]*³⁰ *de communi unius martyris et pontificis. XX.*

*Ab hac die usque ad quartam feriam in capite jejunii fiat memoria de sancta Maria et de omnibus sanctis ad vespervas et ad matutinas in festis iij. lectionum et in feriis quando fuerint sine regimine chori, sicut in ij. feria post Dómine ne in ira. patebit.*³¹

[Sancti Mauri.]

Vespere fiant de sancto Mauro abbate : et nichil de sancto Felice. Nulla enim festa iij. lectionum sine regimine chori suas habeant secundas vespervas, nec etiam memoriam loco secundarum vesperarum.

[Ad j. vespervas.]

¶ *Ad vespervas de sancto Mauro antiphone et psalmi feriales. Et hoc observetur per totum annum in festis iij. lectionem sine regimine chori : nisi infra octavas sanctorum quando de octavis dicitur.*

Capitulum [Justus cor suum.]³² et cetera [omnia]³³ de communi unius confessoris et abbatis. XX. [cum hac]³⁴

Oratio.

Deus qui etérne glórie partícipem concessísti fieri³⁵ beatíssimum Maurum lévítam atque abbátem : concéde nobis propítius ipso inter-

cedénte áditum regni celéstis, cujus ad bene vivéndum informámur exémpilis. Per Dóminum.

[Memoria de sancta Maria et de omnibus sanctis.]³⁶ 185.

Ad completorium.

Ant. Miserére. [360].

Ps. Cum invocárem. (iv.) [360].


Cap. Tu in nobis. [362].

Hymnus. Te lucis. [362]-[364].

℟. Custódi nos Dómine. [365].


AS:101; 1519-P:148r, 148v; 1531-P:44v; 1531:60r.

Ant.
III.iv.




sar0108.

Alva nos * Dómi-ne vi-gi-lántes, custó-di nos dormi-



éntes : ut vi-gi-lémus cum Christo, et requi- escá-mus in



pa-ce. *Ps.* Nunc dimíttis. [365].

Preces et cetera que ad completorium pertinent expleantur. [398].

*Hoc completorium dicatur a crastino octavarum epyphanie usque ad xl. et a crastino sancte Trinitatis usque ad adventum Domini : nisi in festis duplicibus et per octavas Corporis Christi, nominis Jesu, visitationis, assumptionis et nativitatis beate Marie et dedicationis ecclesie : et in commemorationibus beate Marie.*³⁷

[**¶** *Hic primo fiant vigilia mortuorum ut in adventu : et fiant usque ad cenam Domini ut supra in adventu Domini dicitur.*]³⁸

[*Ad matutinas.*]

¶ *De sancto Mauro [ad matutinas. Invitatorium simplex,]³⁹ tres lectiones fiant.*

Lectio j.



Eátus Maurus claríssimo senatorum género exórtus, omnipoténti Deo sub regulári institutione nutriéndus : duodénis sancto Benedicto a paréntibus est tráditus. Qui cum adhuc júnior bonis pólleret móribus : sicut étiam ipsi vídimus, magístri cepit adjútor exístere, ac ejus miraculórum cooperátor esse. Hunc enim sanctus Benedictus pre ómnibus semper cárius diléxit et instrúxit : atque ita omnipoténtis Dei informávit servítio,

ut némini post ipsum in sacrosáncta cenobiáli observatióne fúerat secúndus. Quis enim unquam austérius corpus próprium jejúniis, abstinéntia, ac vigíliis, squalóribus quoque et nímiis edómuit frigóribus ? Frequénter enim eum vídimus in diébus sancte quadragésime, nec túnica nec cucúlla nisi solúmmodo sacco uti cilícino : et duábus tantum vícibus in ebdómada parvíssimum pótius pregustáre quam súmere cibum. Iste quippe mos in omni vita sancto fuit

Benedicto. Beátus ígitur Maurus exémplo magístri sui provocátus, afflictióné perválida carnem macerábat : inquántum illíus ejúsdem patris sui permittébat licéntia. Nam réliquo tótius anni témpore : sub monacháli túnica a scápulis usque ad renes semper aspérrimo induebátur trógulo. In stratu vero super aggéstum calcis et sábuli (excépto quadragesimáli témpore) semper utebátur cilício. Tunc enim non jacéndo sed pótius stando : vel cum nímia eum lassitúdo compúlerat, sedéndo somnum cápere consuéverat. Nemo illum unquam

vidit de léctulo cum céteris súrgere frátribus : semper noctúrnos preveníre hymnos procurábat atténtius. Plerúmque quinquagéno, sepe étiam plures et nonnúquam totum ex órdine psaltérium : ante nocturnále consummábat officium. Supradíctis ergo beáto viro Mauro succrescénte virtútibus, de illo sanctus Benedictus plerúmque in convéntu fratrum suppresso ejus nómine quasi de álio loquebátur : junióribus et negligentióribus illum propónens sequéndum.

Lectio ij.

Vidimus (aiébat de sancto Mauro beátus Benedictus) vestra etáte quendam strennuíssime nobilitátis júvenem, infra annos adolescéntie ita omnis monástice religiónis súbito arripuisse perfectiónem : ut alicui ex prióribus símilis, immo equális per ómnia digníssime judicétur. Sed licet hec beátus Deóque diléctus Maurus, ac nonnúlli ex frátribus de eo sancti Benedicti ore proférri scirent : numquam tamen ille pro hoc, vício succúbuit jactántie, árdua semper et sanctióra appetens, et toto conámine de virtúte in virtútem proficere studens. Cum ergo beátus Maurus in monastério patris Benedicti, prepósiti

ac procuratóris post ipsum fungerétur officio, et eo absénte quadam die ab agri ópere reverterétur : claudum quendam ac mutum puérulum in itínere invénit. Cujus pater ac mater, beáti viri pédibus provolúti, terríbile Dei nomen obtestántur, ut filium suum sanum eis rédderet. At ille láchrimis perfúsus atque in oratióne */60v.]* prostrátus : deínde super infirmum crucis signum fáciens atque ad celum óculos érigens dixit, In nómine sancte et indivídue Trinitátis, adjútus méritis sanctíssimi magístri nostri : sta sanus et incólumis. Et contínuo sospitáti rédditus rectíssime ante eum cepit pérgere, ac Deum voce exul-

tati6nis benedicere. Erat eo t6mpore vir quidam n6mine Florus, inter primos pr6ceres regni Franc6rum primus, in h6bitu quidem seculari constit6tus : sed omnipot6nti Deo semper plac6re c6pidus. Qui perfect6s in hac relig6ne viros invenire desiderans : in sua possess6ne monast6rium constr6ere, unic6mque filium suum Deo offerre, ac sic demum 6mnibus mundi neg6tiis ex6tus Deo in e6dem opt6bat servire. Ex his autem n6nciis qui cum be6to

viro reverteb6ntur : erat quidam vir n6mine Arcler6dus predicti Flori consobr6nus. Qui Flori volunt6tem cogn6scens, illico ad eum accessit : et causam adventus be6ti viri per 6rdinem ei inn6tuit. Florus ergo g6udio repl6tus mox ad regem accessit : et ut ei monast6rium sicut desider6bat constr6ere l6ceret p6tiit. De6inde be6tum virum ad se venire fecit : et volunt6tem suam de constru6ndo cen6bio ei aperuit.

Lectio iij.

Post hec Florus oport6num locum ubi c6nstrui monast6rium d6beret be6to viro ost6ndit fili6mque suum pu6rulum n6mine Bert6lphum ejus doctr6na et magist6rio instru6ndum tr6didit : congregat6sque pl6rimis artificibus, opus inc6pere matur6vit. Cumque jam dictum opus juv6nte Deo 6ltius sublimar6tur : quidam cl6ricus qui opificibus pr6erat de alt6ssimis gr6dibus retr6rsum c6rruit, et supra ac6rvum l6pidum gravi lapsu cec6dit. Cumque eum omnes m6rtuum cr6derent : vir Dei cum Floro adv6nit, seque in terram prostr6vit. Cumque diut6ssime or6sset : surrexit et super coll6sa membra signum crucis faci6ns ait, In Dei n6mine surge sanus : et tuum p6rfice

opus. Qui statim velut a somno, sanus surrexit. Ex eis autem opificibus quidam be6to viro inter se detr6here cep6runt : sed malignus sp6ritus tres ex illis s6bito inv6sit, ac uni e6rum statim 6nimam ext6rsit. Quod ubi vir Dei cogn6vit : vehementer flere cepit. Moxque orati6ni inc6buit : et eos qui adhuc vivi erant ab infestati6ne demoni6ca liber6vit. Post hec vir Dei jej6nans assidu6sque gem6tibus D6minum ex6rans, et sacrificium redempti6nis nostre pro 6nima def6ncti D6mino 6fferens : de6inde ad corpus acc6dens ait, D6mino Jesu Christe : qui quatr6du6num L6zarum suscit6sti : redde in hoc corpus 6nimam quam de eo hostis hum6ni g6neris effug6vit.

Et cum hoc dixisset : continuo corpus totum se commóvit, illicóque surréxit. Monastérii autem constructione compléta : predictus Florus semetípsum servitúrum Dómino devótus obtulit, et in sancta religióne duodécim annis póstea vixit. In eódem autem monastério multi viri úndique convenére : ac se omnipoténtis Dei servítio tradidere. Cunque fratrum congregátio non módica facta fuisset, et sanctus vir gregi suo trigínta annis post fundatiónem sui monastérii prefuisset : predictum Berthúlphum, quem in

sancta religióne educáverat, sibi pastórem substítuit, et in secretióri célula remótius vitam dúcere delégit. Duobúsque annis ac dimídio in contritióne spíritus ac maceratióne córporis complétis : dolor láteris eum invásit. Quo ingravescénte, ante altáre beáti Martíni super cilícium decúbans, éxitum suum vivificórum sacramentórum perceptiÓne munívit : deínde feliciter ad Dóminum migrávit. In quo loco multa miracula Deus operátur : ad laudem et glóriam nóminis sui.

Et cetera de communi unius confessoris et abbatis. XX.

¶ *Sancti Marcelli pape et martyris.*

Capitulum. Omnis p[on]tífex. **XX.**

Oratio.

¶ Reces p[ro]puli tui qu[er]sumus
D[omi]ne clem[en]ter ex[au]di : ut
be[ati] Marcell[us] mártiris tui atque

pontíficis méritis adjuvémur, cujus
passióne letámur. Per D[omi]num.

Tres lectiones fiunt.

Lectio prima.

[61r.]



Aximiánus Augústus Dyo-
cleciáni filius precépit, ut
Christiáni ubicúnque in-
vén[ti] fuissent puniréntur. Eódem
tém[po]re ténuit Ciríacum urbis Rome
dyáconum : et misit in custódiám, et
precépit ut die processió[n]is sue, ad
exémplum Christianórum nudus
cáthenis obligátus ante redam ejus
traherétur. In die autem processió[n]is

sue véniens Marcellus urbis Rome
epíscopus : óbtulit se Maximiano
Augústo dicens ei, Pietáti tue
súggero, servos Dei qui orant pro
regno tuo et pro repúblicá quare
trúcidas ? Tunc irátus Maximianus
Augústus precépit ut fústibus
cederétur, et expellerétur Marcellus
epíscopus.

Lectio ij.

¶ Ost hec Maximianus Augústus
jussit omnes vinctos qui erant in
custódia : una⁴⁰ cum Ciríaco dyácono
cáp[itu]le truncári. Et data senté[n]tia :
ducti sunt cum Ciríaco dyácono
promíscui sexus número vigínti et
unus, et decolláti sunt via Salária,
intra th[er]mas Salústii foris muros.
Quorum córpora collégit noctu
Johánnes p[re]sbiter : et sepelivit. Post
dies octo véniens beátus Marcellus

epíscopus cum Lucína matróna
Christianíssima, cóndivit córpora
sanctórum cum aromátibus et lin-
theamínibus, et transtulérunt ea in
prédium ejus via Hostiénsi, miliário
ab urbe Roma séptimo : ubi requi-
escunt in sarcóphagis lapídeis, quos
manu sua recóndidit beáta Lucína in
pace, octávo die mensis Augústi. Tu
autem D[omi]ne miserére [nostri].⁴¹

Lectio iij.

Eodem tēpore beāta Lucína fecit donatiōnem de facultāte sua : ecclēsie cathólice. Hoc áudiens Maximíanus Augústus : indignátus proscriptiōne eam damnávit. Beāta autem Lucína rogávit beátum Marcéllum episcopum, ut domum ejus ecclēsiā consecrāret : quod et cum omni devotiōne fecit beātus Marcéllus episcopus. At ubi frequēter in éadem domo missas celebrāret in média via lata : áudiens

hoc Maximíanus Augústus : jussit ut in éadem ecclēsia pálee sterneréntur ad animália stábuli públici, et éundem Marcéllum episcopum deputávit ad servítium animálium cum custódia pública. Ubi étiam post multos annos Deo serviēdo : requiévit in pace. Cujus corpus rápuit Johánes présbiter noctu cum beāta Lucína, et cóndivit cum aromátibus : et sepelívit in cymitério Priscille vírginis, via Salária non longe ab urbe Roma.

[Et]⁴² cetera de communi unius martyris et pontificis. XX.

¶ *Sancti Sulpicii episcopi et confessoris.*

Oratio.

Resta⁴³ quésumus omnipotens
Deus : ut qui beáti Sulpicii
confessoris tui atque pontíficis depo-

sitiónem cólimus, ejus apud te inter-
cessiόνibus adjuvémur. Per Dóminum
nostrum.

Ad matutinas.

Tres lectiones fiant.

Lectio j.

SEátus Sulpícus episcopu
dum adhuc in seculari
hábitu in domo paréntum
consistere viderétur, ita bonis
opéribus déditus est : ut nichil áliud
viderétur ágere quam aut ecclésias
edificáre, aut monastéria constrúere,
aut in opéribus misericórdie circa
páuperes se infatigábiliter exércere.
Sed et amóre castitátis cópulam
matrimónii sprevisse visus est. Et
cum dóminus jam suis votis et bonis
propóstitis satisfácere dignarétur :
decísa cápitis sui cesárie facta coróna
suscépit onus clericátus, et suc-
cedéntibus grádibus ecclesiástice

dignitátis, usque ad eum locum
pervénit, ut electióne pópuli et
clericórum conveniéntia episcopátus
dignitátem ascénderet. In quo officio
nichil áliud magis insistébat juxta
ecclésie régimen quam ut curam
géneret páuperum : et summo nisu
elaboráret illis semper aliménta minis-
tráre, et quibus tegeréntur preparáre.
Quis clericórum ad comparatiónem
beáti viri possit sic perpétuis nóctibus
vigiláre, aut ad mensúram illius
jejunáre ? Cum nocte in ecclésiam
veníret : ántequam librum psalmórum
psalléndo finíret, de ecclésia non
recedébat. Tu autem.

Lectio ij.

QUO témpore faciénte cupiditáte,
Dagobértus rex precépit fautori
suo Lullóni hómini feróci móribus :
et sine ullo vestígio misericórdie, ut
plebi Bituríce insuétum censum

impóneret : et sub pensióne census
vivérent, et regis império deservírent.
Qua afflictióne univérsus pópulus /61v.]
regiónis illius congregátus : ad
memorátum virum Dei multítudo

plangéntium convénit : et eleváta lamentatióne, confúsa voce deprecabántur Dei virum ut sibi subveníre deberet. Ille motus pietáte, non sústínens eórum ejulátum et láchrimas : cum cléricis indícto jejúnio per trídium Dómini postulávit misericórdiam, ut memorátam pópuli sui releváret afflictiónem. Misit ergo quendam de suis cléricis nómine Ebrigíselum, qui memorátum regem pro hoc scélere redargúere deberet : et

denunciáret ei célerem intéritum, nisi hoc esset celérius emendátum. Quo audíto, rex metu detérritus : conféstim precépit pópulum illum de ipso censu relevári, et descriptiónem ipsam que facta fúerat deléri. Itaque pópulus ille ab ipsa afflictiónem relevátus est : hodiéque in prístina pérmanet libertáte. Nichilóminus tamen ultióne sequénte : créditur propter fácinus et regem et satéllitem suum post breve spácium interísse.

Lectio iij.

CUm autem memorátus pónitífex tanto onere inter ecclesiárum sollicitúdinem, et páuperum curam vel univérse plebis negócía vidéret se gráviter pregravári : pétiit sibi a rege sócium, ad hujus óneris negócium supportándum. Cui rex prébuit assénsu : et dedit quem petierat virum prudentíssimum, cui vocabúlum est Wlfólendo. Ille vero sub ea humilitáte qua prius páuperum curam gerébat : et magis magisque déinceps presídía páuperum subministráre videbátur. Nonnúlli vero ei detrahébant, cur episcopátu relicto álteri tradidisset : et in quorúndam animalium multiplicatióne delectarétur. Sed ille in cepto ópere persistébat, et laudem humanám fúgiens, et jactántiam vanitátis devítans : semper

persistébat, ut páuperum indigéntiam victu ac véstitu releváret. Et post hec consummáta jam etáte sui témporis : plenus diérum in pace migrávit ad Dóminum. Locus ille ubi ipsa basílica in qua memorátus vir Dei sepúltus est : nominátur navis, eo quod íbidem portus navígii esse vidétur. Locus ameníssimus duóbus flúviis, nemóribus et víneis copiósus, partim flumínibus interfúsa imménsa planície : ut íbidem habitántes similitúdinem paradísi vidéntur possídere. In quo loco grátia Dómini ad salutem géneris humani perseveráre dignétur : ipso prestánte qui in Trinitáte perfécta vivit et regnat unus Deus etérnus, et sine fine incommutábilis pérmanens in sécula seculórum. Amen. Tu [autem Dómine miserére

nostr].⁴⁴

[*Capitulum.* Ecce sacerdos magnus.]⁴⁵ **XX.**

Et cetera de communi unius confessoris et pontificis. **XX.**

¶ *Sancte Prisce virginis et martyris.*

*Oratio.*⁴⁶

D A quésumus omnipotens Deus : ut qui beáte Prisce vírginis et mártyris tue natalícia cólimus, et	ánna solennitáte letémur, et tante fidéi proficiámus exémplo. Per Dóminum.
--	--

Tres lectiones fiant de communi. XX.

Cetera de communi unius virginis et martyris.

*[Capitulum. Dómine Deus meus.]*⁴⁷ **XX.**

Oratio ut supra.

¶ *Ab octavis epyphanie usque ad quinquagesimam singulis sabbatis fiat servitium de sancta Maria nisi festum ix.*⁴⁸ *lectionum impedierit. Et [si tale festum impedierit :]*⁴⁹ *tunc fiet servitium de ea in aliqua feria [ipsius]*⁵⁰ *ebdomade ut supra in adventu plenius notatum est. [Si lxx. vero ante purificationem e venerit : nichilominus fiat de sancta Maria.]*⁵¹

De hystoriis inchoandis.

Regula de omnibus hystoriis inchoandis : et de omnibus responsoriis ferialibus dicendis de memoriis solenniter vel sub silentio celebrandis vel omittendis : de tribus commemorationibus faciendis : de missis in capitulo celebrandis : per totum annum tracta de ordinali Sarisburiensi per septem litteras kalendarum et quelibet littera per se dividitur in v. partes et hoc propter festa mobilia et annos bisextiles.

Ideo in primis sciatis que sit littera dominicalis in anno jam presente, deinde numerum per quem luna currit in eodem anno.

Quibus cognitis intrate in regulam sequentem : et querite eandem litteram dominicalem quousque inveniatis predictum numerum lunarem : et predictam litteram dominicalem simul stantes.

Quibus inventis operamini cum eadem littera per totum annum jam presentem.

Cognita littera dominicali cum numero lunari statim cognoscitur istius operis introductio in qualibet littera ut patet per tabulam sequentem.

¶ Sequitur tabula.⁵²

A.	1	A.	16. 13. 5. 2.	4	D.	17. 9. 6. 1.	
	2	A.	18. 15. 10. 7.	5	D.	19. 11. 8. 3. 14.	
	3	A.	12. 9. 4. 1.	1	E.	16. 5.	E.
	4	A.	17. 14. 11. 6. 3.	2	E.	18. 13. 2. 10.	
	5	A.	19. 8.	3	E.	15. 12. 7. 4. 1.	
B.	1	B.	16. 13. 5. 2.	4	E.	17. 14. 9. 6.	
	2	B.	18. 10. 7. 4. 15.	5	E.	19. 8. 3. 11.	
	3	B.	17. 12. 9. 1.	1	F.	16. 5.	F.
	4	B.	14. 11. 6. 3.	2	F.	18. 13. 2. 10. 7.	
	5	B.	19. 8.	3	F.	15. 12. 4. 1.	
C.	1	C.	16. 13. 10. 5. 2.	4	F.	14. 9. 6. 3. 17.	
	2	C.	18. 15. 7. 4.	5	F.	19. 11. 8.	
	3	C.	17. 12. 9. 1. 6.	1	G.	16. 13. 5.	G.
	4	C.	19. 14. 11. 3.	2	G.	18. 10. 7. 2.	
	5	C.	8.	3	G.	15. 12. 9. 4. 1.	
D.	1	D.	16.	4	G.	17. 14. 6. 3.	
	2	D.	13. 10. 5. 2.	5	G.	19. 11. 8.	
	3	D.	18. 15. 12. 7. 4.				

Explicit tabula.

[Tabula hystoriarum.]⁵³

¶ Tamen cautus sit lector hujus operis quibusdam annis bissextilibus. Nam in quibusdam saltandum est a 1. **A.** usque ad 2. **A.** et a 1. **C.** usque ad 2. **C.** et sic de ceteris litteris : de quibus in suis locis patet : ut sic. /62r.]

Quando luna currit per 2. et in eodem anno fuerit bissextus : tunc accipietur 2. **A.** pro littera dominicali et non 1. **A.** et observentur omnia que scripta sunt ibidem.

Et ideo in anno bissextili si vis esse securus : primo quere pascha deinde computa retro dominicas novem quousque ad septuagesimam perveneris : que erit in ipsa dominica nona, dominica pasche non computata. Et secundum hoc hystoriam *Dómine ne in ira.* incipe juxta regulam inceptionis illius hystorie. Deinde considerato ebdomadatum numero durationis ejusdem hystorie usque ad septuagesimam prius inventam accipe picam juxta litteram dominicalem tunc currentem, et eodem ebdomadatum numero convenientem.

¶ Sabbato in crastino octavarum epyphanie de sancta Maria sine vesperis.

1. **A.** ¶ Dominica 1. post octavas epyphanie xvij. kalendarum Februarii tota cantetur hystoria et tantum memoria de sancto [Mauro]⁵⁴ : et de sancta Maria. In laudibus omnes antiphone dicuntur. 2. vespere erunt de commemoratione et memoria de sancto [Marcello]⁵⁵ : et de sancta Maria.

Feria 2. 3. et 4. de commemorationibus et due misse dominicales dicuntur in capitulo in 2. et 3. feria et in 4. feria dicitur *℣. Spíritus et alme. XX.*

2. **A.** ¶ Nota quod quando luna currit per 15. et in eodem anno fuerit bissextus accipietur 3. **A.**

¶ Dominica 1. post octavas epyphanie tota cantetur hystoria, ut supra ad 1. **A.**

Feria 2. 3. et 4. de commemorationibus et memoria de sanctis [Marcello, Sulpicio, Prisca]⁵⁶ : et de sancta Maria.

¶ Dominica 2. de sancto Vincentio, antiphona super psalmum et responsorium cantetur in superiori gradu. Ad 1. vesperas memoria de sancta Agnete : de dominica et de S. Maria, et ad 2. vesperas memoria de dominica et de sancta Maria, et missa dominicalis dicitur in capitulo sine memoria.

Feria 2. de feria cum responsorio de eadem feria, et missa *Adoráte.*

Feria 3. 5. et sabbato, de commemorationibus cum. *℣. Spíritus et alme. XX.*

